UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Questiones spiritualis [con]uiuij delicias preferentes, super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis

Johannes <de Turrecremata>

Lyon, 18. Jan. 1509

In festo sancti iacobi apostoli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70506

Visual Library

procedit de penitentia ſm ꝙ eſt ſacramentum. ¶ Ad quartam reſpondetur negando conſequentiaz. Et ratio eſt. quia miſericordia dei eſt maioris virtutis ꝙ miſericordia hominis. in hoc ꝙ immutat voluntatē hominis ad penitenduz. quod miſericordia hominis facere non poteſt.

N feſto ſācti iacobi apoſtoli eſt euangelium. In illo tpe. Acceſſit ad ieſū ⁊c. matt. xx. Circa qđ poſſunt diſputari ſeq̄ntes q̄ſtiōes.

¶ Primo poſſet quis diſputare. vtrum ipſe ⁊ frater eius peccauerunt peccato ambitionis petentes a chriſto mediante matre vt in regno ſuo ſederēt. vnus a dextris ⁊ alius a ſiniſtris. Iſta queſtio expedita eſt ſupra dominica xvij. poſt trinitatē. Sed nunc poterunt hec diſputari. ¶ Primo. vtrū ꝯueniēter dicat̄ de beato iacobo ꝙ ſit lux ⁊ decus hiſpanie. ¶ Scđo. vtꝝ oret ī celo ꝓ oib⁹ q̄ eius viſitāt ſepulcrū ſiue locuz.

D primaz queſtionē ſic ꝓceditur. Et videt̄ ꝙ nō cōuenienter dicatur lux ⁊ decus hyſpanie ¶ Primo ſic. eſſe lucem ſoli deo xpo videtur ꝯuenire. Vñ de iohe baptiſta quo nemo inter natos mulierum maior ſurrexit. matt. xj. đr. Iohis. j. Non erat ille lux. ergo nec beatus iacobus poteſt dici lux cuiuſcunq₃. ¶ Secundo ſic. beatus iacobus non dedit hiſpanis lumen nature nec lumen gratie. nec daturus eſt lumē glorie. quia iſtud ſolius dei eſt ⁊c. ¶ In oppoſituz eſt quod eccleſia cantat. ¶ Reſpondeo dicenduz. cōuenientiſſime đr beatus iacobus lux hiſpanie ⁊ decus. Lux q̄dem ratione illuminationis doctrine fidei. qua ratiōe dixit xps apoſtolis. Vos eſtis lux mundi. Singulariter beatus iacob⁹ primo perſonaliter. ⁊ poſt per diſcipulos ſuos quos ibi gratia predicandi reliquit. illuminarūt terram hiſpanie lumine doctrine ⁊ exemplo ſanctitatis. vt hiſtoria ſua teſtatur. Et tandem miraculorum multitudine viſa. que beatus iacobus virtute diuina operabatur. regina hiſpanie ſtupēs credidit ⁊ chriſtiana effecta eſt ⁊ omnia que petierunt ſui diſcipuli tribuit ⁊ palatium ſancto iacobo in eccleſiam dedicans magnifice ipſum dotauit. que tandē in bonis operibus vitā finiunt. Ita vt facto compoto. ſicut beat⁹ iacobus fuit primus inter apoſtolos qui martyrium pro chriſto ſuſcepit. ita regnum hiſpanie videtur inter omnia regna prius ſidei lumen ⁊ chriſtianitatis titu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lum ſuſcepiſſe. ſicut baſilee dum
cum anglicis de excellentia re-
gnorum altercabatur fuit oſten
ſum ꝛ ꝓbatum. Bene aūt etiam
dicitur decus hiſpanie. qꝛ tanto
apoſtolo dotata eſt vt ad eam de
vniuerſo orbe chriſtianoꝝ quaſi
innumeri populi ꝯtinue cōfluūt
beneficia a deo meritis apoſtoli
ſpectātes. Decus etiaȝ eſt hiſpa
nie ꝓpter hoc ꝙ tam glorioſus
apoſtolus in ſingularē patronuȝ
eidem datus eſt. Preterea decꝰ
hiſpanie eſt ꝓpter immenſitatē
miraculoꝝ que iſte ſanctus con-
tinue operat̄. ¶ Ad rationes in
oppoſitū. ¶ Ad primā rn̄detur.
ꝙ eſſe lucē que tribuat lumē na
ture aut gratie cauſaliter nō cō
uenit niſi xp̄o qui eſt lux que illu
minat omnē hominē venientem
in hunc mundū. ſed eſſe lucē que
diffundat lumen doctrine bene
cōuenit aliȷs. Unde eccleſie do-
ctoribus dicitur. Uos eſtis lux
mundi. Qn̄ dicit̄ ꝙ iohānes non
erat lux. rn̄det̄ ꝙ duplex eſt lux.
vna quidem prima que eſt fons
lucis ꝛ illuminās nō illuminata
ꝛ hec eſt lux que eſt chriſtus. et
eſt alia lux illuminans tamen il
luminata a prima luce. ꝛ hec eſt
lux perfectoꝝ virorum. ad Phi
lipenſes tertio. Inter quos lu-
cetis ſicut luminaria. prima eſt
ſupernaturalis ꝛ lux per eſſen-
tiam. ꝛ de hac dicitur. Non erat
ille lux ſcilicet iohannes. Iohā.
ꝑmo. Et ſic de iſta queſtione di-
cta ſufficiant.

AD ſecundā
queſtionē. for
te melius eſ-
ſed ꝑma. vtrū
beatus iacobꝰ
poſſit iuuare
orōnibus ſuis
omnes interpellātes eum. Et vi
detur ꝙ non. ¶ Primo ſic. beatꝰ
iacobus perfecte ſuam volunta
tem deo cōformauit vt nō velit
niſi qd̄ deus vult. ſed illud quod
vult ſemper impletur. ergo fru-
ſtra ꝓ interpellātibꝰ orat. ¶ Se
cundo ſic. anima beati iacobi nō
eſt iacobus. ſi ergo anima ſua ꝓ
interpellātibus oraret ꝙdiu eſt
ſeparata a corpore non deberet
quis interpellare eum ad oran-
dum ſed animā eius. cuius con-
trarium facit eccleſia. ¶ Tertio
ſic. quicūqȝ orat ꝓ alio alteri me
retur. ſed ſancti qui ſunt in pa-
tria non ſunt in ſtatu merendi: er
go nec in ſtatu orandi. ergo ꝛc̄.
¶ In oppoſitū eſt ꝙ cōtinue dici
mus. Sancte iacobe. ora pro no
bis. ¶ Rn̄deo dicendū. ꝙ (vt ha-
betur. ij. ij. q. lxxxij. ar. xj.) quidā
heretici fuerunt qui dixerunt ꝙ
ſancti nō poſſūt nos iuuare ſuis
orationibus. qꝛ vnuſquiſqȝ reci
pit ſm̄ ea que geſſit. Sed eſt cō
tra articulū fidei. qui eſt ſancto
rum cōmunio. que per caritateȝ
fit. ꝛ ideo cum in ſanctis q̇ ſunt
in patria ſit ꝑfectiſſima caritas
cōpetit eis pro nobis orare. non
tamen ſic quin oīa eis ad votum

ſuccedunt.Et ideo ponitur con/
cluſio talis.ꝙ beat' iacobus iu/
uat ſuis orationibus oēs inter/
pellātes cum debito modo ⁊ tan
to magis q̄to eſt pfectioris ca/
ritatis.q̄to eſt deo coniunctior.
tāto eius orationes ſunt magis
efficaces.habet enim hoc diui/
nus ordo vt ex ſuperiorū excel/
lentia in inferiora refundet.ſi/
cut ex claritate ſolis in aerem.
¶ Ad ratiōes in oppoſitū. ¶ Ad
primā reſpōdet negando ꝯñam.
Et ratio eſt.qꝛ ſancti impetrant
id quod deus vult fieri per ora/
tiones eorum.⁊ hoc petunt qđ
eſtimant eorū orationib' implē
dum ſm dei voluntatē. ¶ Ad ſe/
cundā reſpōdetur negādo ꝯñaz.
Et ratio eſt.qꝛ ſancti hic viuen/
tes meruerūt vt pro nobis ora/
rent.⁊ ideo eos inuocamus no/
minibus q̄bus hic vocabantur
quibus etiā nobis magis inno/
teſcunt. Et iterum ꝓpter fidem
reſurrectionis inſinuandā. ſicut
legitur Exo. iij. Ego ſum deus
abrahaz.⁊ ideo optime dicitur.
Sancte iacobe.ora ꝓ ⁊c. ¶ Ad
tertiam reſpōdetur negando cō
ſequentiā. Et ratio eſt.qꝛ aliud
eſt impetrare ⁊ aliud mereri.et
ideo ſancti ⁊ ſi nō poſſunt mere/
ri:quia ſunt extra ſtatuz vie.poſ
ſunt tamen nobis ſuis orationi/
bus impetrare.et ſic beatus ia/
cobus cuius potentiſſimū teſti/
monium eſt immenſitas ſcz mi/
raculoꝝ que fiunt quaſi om̄i die
ꝓcib' ſuis ſctis pro nobis orat.

N feſto ſā/
cti dominici
inſtitutoris or/
dinis p̄dica/
torū eſt euan
gelium. Uos
eſtis ſal terre
Matt. v. Circa qđ poſſunt diſpu
tari ſequētes queſtiones. ¶ Pri
ma. vtruz beatus dn̄icus conue
nienter religionem inſtituit ad
predicandū vel cōfeſſiones au/
diendum. ¶ Scđo. vtrum beat'
dominicus cōueniēter inſtituit
religionem que litterarum ſtu/
dio inſiſteret.

D primaz
queſtionez ſic
pceditur.⁊ vi
detur ꝙ bea/
tus dominic'
nō debuerit in
ſtituere reli/
gionē aliquaz
ad predicādū
vel confeſſiones audiendum.
¶ Primo ſic.nihil cōueniēter in
ſtituitur ad id quod non compe/
tit ei facere.ſed religioſis nō cō
petit predicare aut cōfeſſiones
audire. Dicitur enim. ſ.q.ſ. Mo
nachoꝝ vita ſubiectionis habet
verbum ⁊ diſciplinatus. non do
cendi vel preſidendi vel paſcen/
di alios.⁊ eadem ratio videtur
eſſe de alijs religioſis.ergo incō
uenienter beatus dominicus in
ſtituit religionem ſiue ordinem
ad predicandum. ¶ Secūdo ſic.